



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

14 Aßidue suæ curæ commißis adesse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM XIV.

*Assidue
adesse sub-
ditu.*

ASSIDVE SV AE CVRAE COM-
missus adesse.

1. **T**Ribunum plebis diem integrum ab
Roma abesse nequaquam licebat, ne au-
latio, cum opus esset, ciuibus deesset. Apud
dem Romanos Tribuni plebis domus cuiuis
tebat, foresque per diem perque noctem re-
erant, vt congressus faciles praebere, nemini
aditu arcere, & cuiuis opem imploranti pra-
esse disceret. *Alex. lib. 1. c. 3.* Praetorem vrbis
plus decem continuis diebus Roma abesse
licebat. *idem lib. 2. cap. 15.*

2. Apud *Heduos* qui summum gerebat impe-
finibus excedere non poterat.

3. *M. Cato* Consul Rom. post triumphum
panicum virtutem suam non remisit vel las-
uit, sed non secus atque qui primum attingit
Remp. honoremque & gloriam sibiunt, opera
suam omni in re amicis ciuibusque obtulit.
Plut. in Catone maiore.

4. *Cato Minor* Quaestura functus, non tamen
statione decessit ariarum, sed serui eius quotiens
agebant ibi, acta describentes: ipse codices, quo-
bus rationes procurationis publicae pecuniarum
scriptae ab *Sylla* temporibus vsque ad quaestura-
suam erant, comparatos quinque talentis, se-
per in manibus terebat. Curiam ingrediebatur
primus, postremus digrediebatur. Cum frequen-
ter caeteri coirent segniter, sedens legebat.

missè, prætenfa libro toga. Nunquam cùm Senatus haberetur aberat. *Idem.*

5. *Claudius Imp.* legem tulit, ne Senatori vltra septimum ab Vrbe lapidem iniussu Imperatoris abesse liceret. *Suidas.*

6. *Homerus Agamemnonem* Regem ποιμένα λαῶν, (pastorem populorum) appellat: pastorem enim oportet semper adesse suis ouibus, & curare, vt saluæ fiat oues, & habeant vnde viuant.

SIGNVM XV.

AB AVARITIA, SEV A SITICV. *Avaritia*
losa rerum cupiditate alie- *fuga*
num esse.

Avaritia meritò reprehenditur in Magistratu, cùm eius sit ditare potius, quàm ditescere. (*Plut. in Apoph.*) Neque turpe duntaxat, sed etiam sceleratum ac nefarium est habere quæstui Rep. seu è Rep. quæstum facere. (*Cic. 2. de Off.*) Adhæc auari Magistratus custodiunt populum, non vt pastores gregem, sed vt lupi. (*Dion in Augusto.*) Itaque *Imp. in Nouellis suis Const. Const. 8.* Omnium malorum causam, cunctorum flagitiorum finem ac principium esse affirmat pecunias ex officijs quærere. Et Sacræ litteræ iubent eligere Magistratus non solum sapientes; sed etiam eos, qui auaritiam oderunt. (*Prou. 18.*) Iethro ad Moysen ait, *Exod. 18. v. 21. Provide viros qui oderint auaritiam.* Pessimè certè se habet Resp. cùm